Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35040
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

Non videtur quod fides acquisita non sanat
membra ecclesie sed illuminet mentem ele-
vata in corpus eiusdem ipsam conveniens seu gradientes

Respondens

Sed illuminatio et quando sint incerta et dubiosa
quia fidei acquisite sepe subest plus quam fidei
infuse aliquando

Opponens

Ne in subtilitatibus speculacionum a proposito vaga-
hamur adeo ad canonem biblie arguitur quod
[illegible] ex auctoritate prime Joh. 2 legitur in hoc scimus
quod cognovimus deum si mandata eius observamus
qui dicit se deum nosse et mandata eius non
servat mendax est et in eo veritas non est prime Jo.
tercio omnis qui peccat non vidit eum nec novit
eum ergo si habens solam fidem est membrum christi sequitur
quod sit in christo et contrarium videtur quod peccator divi-
sus est a deo unde illud Ysaie 59 Iniqui-
tates vestre diviserunt inter vos et deum vestrum
et peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis
et Johannis 15 Qui manet in me et ego in eo
hic fert fructum multum ergo qui non fert
fructum multum non manet in christo sed peccator
habens solam fidem informem non fert fructum
multum igitur non est nec manet in christo

Ad idem Johannes prime Jo. 1° Si dixerimus
quia societatem cum illo habemus et in tenebris
ambulamus mentimur et subiungit declarans
quid sit in tenebris ambulare qui dicit se in luce
esse et fratrem suum odit in tenebris eius usque ad-
huc qui autem odit fratrem suum in tenebris est
et in tenebris ambulat et nescit quo eat quia
tenebre obcecaverunt oculos eius et ibidem
qui dicit se in christo manere debet sicut ille am-
bulavit et ipse ambulare ad idem prime Joh.
tercio Omnis qui in eo manet et non peccat